

## Tertius de anima.

tor mobilis et natura anima. Sed contra tunc ex anima et corpore non fieret unum simpliciter et per se homo non esset ens simpliciter sed ens per accidens ideo coactus fuit plato ad dicendum quod ipsa anima ut ens corpore est homo. Sed contra tunc homo non esset sensibile naturale quod est falsum quia est anima. Item tunc corpus vivum et mortuum essent eiusdem speciei quia in morte non afferatur nisi motor cuius ablationem non variatur species mobilis.

**S**ed ad hec diceret plato quod licet anima rationalis vniatur tantum per modum motoris tamen in homine sunt due aliae anime informantes scilicet nutritiva et sensitiva. Sed contra vniuersitas rei est forma ergo si in homine sunt plures forme sequitur quod non sit unum simpliciter. Forte dicas quod non sunt in eadem parte quia anima rationalis est in cerebro et nutritiva in epate et concupiscibilis in alia parte scilicet in corde. Contra in parte animalis decisus est sensus et appetitus. Propter hec alexander dixit intellectum possibilem esse in nobis per informationem. Sed dixit quod non fundabatur in aliqua substantia intellectu aliis sed sicut in commixtionem elementorum et per ipsum intellectum possibilem homo est in potentia ad recipiendum influentiam intellectus agentis qui semper est in actu et secundum ipsum est quedam substantia separata. Unde per aliquis intellectus est in nobis et aliquis est separatus. Sed hec possitio est falsa quia secundum aristotelem intellectus possibilis non est immixtus corpori alias esset quedam natura sensibilis sicut odor et sapor. Item secundum eum intellectus possibilis non intelligit sed est preparatio ad intelligendum sequitur ergo quod homo non intelligit per aliquid principium quod sit in eo videlicet San. Tho. ibidem ea. 62. **T**ertia est opinio auerois Quibusdam videtur quod sicut sibi falso imponit intellectum possibilis esse separatum ab homine secundum esse. Dicentes quod intentio commentatoris fuit quod anima intellectiva det homini esse formaliter. Sed contra hoc arguunt alii supponentes quod anima intellectiva est composita ex intellectu agente et intellectu possibili quem ipse vocat intellectum materialem. Secundo supponunt quod impossibile est animam intellectivam esse unitam materie secundum esse quia intellectus aut est ipsa subiectus anima aut est eius propria passio. Tunc sic si anima intellectiva esset unita materie secundum esse sequitur quod eius subiectus est corpus aut virtus in corpore sed hoc est falsum secundum commentatorem dicentes in tertio de anima c. 4. quoniam autem subiectus recipiens has duas formas necesse est ut non sit corpus nec virtus in corpore. **E**t hanc fuisse opinionem commentatoris credunt Albertus Scotus Gregorius et egidius. Un de Notandum secundum commentatorem quod intellectus possibilis non continuatur nobis actu in etate pueri sed in potentia donec habet usum rationis quod tunc habet aliquam intellectionem. Et quia puer est eiusdem speciei cum viro ideo dicit quod homo non constitutetur in specie humana per intellectum possibilem quod est subiectus separata. Et potest dici anima intellectiva.

**S**ed queritur per quid ergo homo est formaliter homo et animatus. Dicendum quod hoc est per animam cogitativam id est per animam cuius superior virtus est potentia cogitativa que de ratio particularis formans silogismos expositioris ut supra dictum est.

**P**reterea secundum eum quod intellectus

possibilis est substantia separata et pura potentia in genere rerum intelligibilium de se nullam habens speciem intelligibilem per quam possit actu intelligere reducitur enim ad actum per intellectum agentem quod est alta substantia separata. Solus tamen intellectus agens non sufficit sed oportet quod fantasima concurant et ideo fantasmati copulantur propter hanc actionem intellectui possibili sicut etiam motor virtutur mobili. Et quia ista fantasmati sunt in homine propter hoc per predictam unionem quia intellectus possibilis virtutur nobis dicuntur intelligere ipsum tamen intelligere non est in nobis subiectus sed est subiectus in intellectu possibili. Et quo per quod secundum eum intellectus possibilis non est forma deus nobis esse sed operationem secundum denominationem. Sed virtutem intellectus possibilis componat hominem. Quidam dicit quod homo dupliciter accipitur primo per compositum ex materia et anima cogitativa. Secundo pro composito ex homine primo modo et anima intellectiva. Contra hanc opinionem arguit scilicet quod de anima erat. Et i. p. q. 76. ar. 1. quia impossibile est fantasmati agere in substantiam separatam alias fantasmati meum possum agere in angelum. Forte dicas quod verum est virtute intellectus agentis. Sed hoc dato adhuc per hoc non dicemur intelligere. Colores enim non dicuntur sentire licet causent sensationem ergo licet fantasmati nostrum causet in intellectum in intellectu possibili tamen per hoc non dicemur intelligere si sit substantia separata.

Item substantia separata ex hoc quod est immaterialis de se est intellectus sicut aliae intelligentie ergo non accepit cognitionem a rebus materialibus quod alias sequeretur quod seclusis fantasmatibus nostris illa substantia separata nichil intelligeret. Item in nobis est voluntas ergo et intellectus. His per quod alias non dicemur iusti nec peccare nec heretici quia per intellectionem vel volitionem que non est in nobis subiectus non dicimur malit. Forte dicas quod de nominamur heretici per intellectionem que est in substantia separata ex hoc quod ipsa continuatur nobis modo supradicto scilicet quia recipit intellectum a nostris fantasmatibus.

Contra actiones illius subiecte separate non sunt in nostra potestate. Preterea quero secundum eum quid est puer vel est substantia irrationalis vel rationalis. Si secundum ergo habet intellectum.

Item omnis actio prouenit ab aliquo principio in trinsecu sed intelligere est actio hominis et homo formaliter intelligit per intellectum. Forte dicas quod intelligere est actio pro quanto causatur a fantasmatibus eius. et homo non intelligit formaliter sed virtutem separata que formaliter intelligit. Sed contra tunc posset dicere quod equus intelligit quia eadem facilitate dicitur quod fantasmati equi concurrunt virtute intellectus agentis ad causandum aliquid in intellectu possibili et sic dicitur sibi virtus.

Item si intellectus agens esset substantia separata sequeretur quod intelligeret quod est contra ipsum in tertio de anima. Alterius Notandum.

Quantus ad 2. quod non est unus intellectus numerus in omnibus hominibus sicut dicit commentator. ponens quod est unus intellectus numero secundum substantiam per quem omnes homines intelligunt. Contra intellectus est prima perfectio hominis ergo est aliquid hominis ergo multiplicatur ad multiplicationem hominum. Item tunc sortes et pro-